

**Certamen Senecanum**  
**Bassano 3 aprile 2016**

Sezione: Pensare l'oggi con Seneca

Concipere animo non potes quantum momenti adferre mihi singulos dies videam. "Mitte-inquis-et nobis ista quae tam efficacia expertus es". Ego vero omnia in te cupio transfundere, et in hoc aliquid gaudeo discere, ut doceam; nec me ulla res delectabit, licet sit eximia et salutaris, quam mihi uni sciturus sum. Si cum hac exceptione detur sapientia, ut illam inclusam teneam nec enuntiem, reiciam: nullius boni sine socio iucunda possessio est. Mittam itaque ipsos tibi libros, et ne multum operae inpendas dum passim profutura sectaris, inponam notas, ut ad ipsa protinus quae probo et miror accedas. Plus tamen tibi et viva vox et convictus quam oratio proderit; in rem praesentem venias oportet, primum quia homines amplius oculis quam auribus credunt, deinde quia longum iter est per praecepta, breve et efficax per exempla. [.....] Nec in hoc te accerso tantum, ut proficias, sed ut prosis; plurimum enim alter alteri conferemus.

La/lo studente, dopo una meditata lettura del passo, costruisca con pertinenti riferimenti ad esso una dissertazione dal titolo "**Un metodo per progredire: attualità e/o limiti del messaggio senecano**".

**La dissertazione, qualunque sia la sua estensione, deve essere redatta occupando il foglio nella sua interezza.**

